Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

ihesus autem sursum elevatis ocu
lis dixit. Pater gratias ago tibi
quoniam exaudisti me. Ego autem scie
bam quia semper me audis: sed
propter populum qui circumstat dixi ut
credant quia tu me misisti. Hec
cum dixisset: voce magna clama
vit. Lazare: veni foras. Et sta
tim prodiit qui fuerat mortuus
ligatus pedes et manus institis
et facies illius sudario erat liga
ta. Dicit eis ihesus. Solvite eum
et sinite abire. Multi ergo ex
iudeis qui venerant ad mariam
et viderant que fecit crediderunt
in eum. Off. Populum humilem sal
vum facies domine et oculos superborum humili
abis quoniam quis deus preter te domine. Secr.
Munera nos quesumus domine oblata pu
rificent et te nobis iugiter faciant
esse placatum. P. Com. Videns
dominus flentes sorores lazari ad monu
mentum lacrimatus est coram iudeis
et clamabat lazare veni foras et pro
diit ligatis manibus et pedibus qui
fuerat quatriduanus mortuus. Compl.
Hec nos quesumus domine participatio
sacramenti: et a propriis reatibus
indesinenter expediat et ab omni
bus tueatur adversis. P. Sr. pplz
Da quesumus omnipotens deus: ut qui
infirmitatis nostre conscientiae de

tua virtute confidimus sub tu
a semper pietate gaudeamus. P.
Sitientes venite Sabbato.
ad aquas dicit dominus et qui non
habetis precium venite et bibite cum leti
cia. Ps. Attendite popule meus legem
meam inclinate. au. ve. in u. q. me.
Fiat quesumus domine per gratiam Oro.
tuam fructuosus
nostre devotionis affectus quia
tunc nobis proderunt suscep
ta ieiunia si tua sint placita pi
Hec dicit ysaias. etatis. P.
dominus deus. In tempore placito
exaudivi te: et in die salutis
auxiliatus sum tui et serva
vi te: et dedi te in fedus populi mei
ut suscitares terram: et possideres
hereditates dissipatas: ut
diceres hiis qui vincti sunt exite
et hiis qui in tenebris revela
mini. In viis pascentur et in
omnibus planis pascue eorum
Non esurient neque sitient
et non percutiet eos estus et sol
quia miserator eorum reget eos:
et ad fontes aquarum potabit
eos: et ponam omnes montes
meos in vias et semite mee ex
altabuntur et ad fontes aquarum
ibunt. Ecce isti de longe venient
et ecce isti ab aquilone et mari